



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

230. An ex parte fœminæ tactus impudici, & pollutio indicant iusta[m] causam diuortij? Et infertur, an concubitus consummatus cum fœmina mortua præbeat causam ad celebrandum diuortiu[m]? Ex p. 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

Tractatus Sextus

474

tio ipsius est, quia per illam pollutionem inter crura cum alio vito ab vxore habitam, frangitur fides promissa, & maritus illius maximè in honoratur, & matrimonium ipsum manet læsum. Sed contrarium est, tenendum cum Perez, Palao, & aliis vbi supra, quibus adde Villalobos, in Summa tom. tr. 15. difficult. 1. n. 15.

R E S O L . C C X X I X .

An si vir expellat vxorem à domo negans necessaria alimenta, & ex hoc illa fornicetur, si viro concedendum diuortium?
Et quid, si vir ea intentione vxorem repulisset, alienigenaque priusasset, ut necessitate compulsa adulterium committeret?
Et an si uxor mei graui cadentem in virum constantem fornicetur, talis fornicatio sit causa diuorii, & per illam à marito separari debet? Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. Res. 38.

S. 1. *N*egatiuum sententiam probat Sanch. lib. 10. disp. 5. n. 6. sed more suo contra illum insurgit Texeda in *Theol. mor. 10. 2. lib. 4. tr. 1. contr. 13. n. 23.* & probat suam sententiam sic assertens. Primum quia maritus iniuste repellens vxorem à domo sua, priuans eam alimentis, & necessariis ad vitam transigendam, maiorem causam confert adulterandi, quam si solum adulterij consensu illud non prohiberet: sed quando maritus seit adulteriu vxoris, & non prohiberet, nō debet ei perenti diuortium concedi: ergo neque quando ipsa adulterium cōmisit repulsa iniuste à marito, priuata necessariis ad viētum, & vestitum. Secundū, quia atenta sceminarum fragilitate, & inconsistātia, vxor à viro iniuste repulsa, destitutaque remedio inueniendi viētum, & vestitum, est in evidēti periculo fornicandi, cuius tamē est causa maritus; ergo amittit ius petendi diuortium. Tertiū, quia maritus expellens vxorem iniuste à domo sua, negans ei necessaria ad vitam agendam, peccat mortaliter, vt tenentur concedere moderni: ergo non est innocens, sed nocens, & iniustus. Tunc sic argumentor: sed diuortium nō conceditur nisi in favore innocentis, in penā tamen nocentis: ergo, &c. Accedit etiam, quod maritus officiēns vxorem à domo iniuste, si ipsa ob id fornicata fuerit, censetur fornicationem vxoris consentire, atque ita pena lenonis debet puniri, & non vxor. Accedit etiam ad confirmandam nostram doctrinam contra p̄fatos modernos, quod illa habetur expressa in *c. disceotione, de eo qui cogn. consangu.* eius verba sunt. Vir prius cogatur redire ad ipsam, & maritali eam affectione tractare, cum adulterium ei non possit obiciere, qui eam adulterandam tradidit, p̄fertim inuitam. Ex quibus verbis sic potest argumentum formari contra p̄fatos moderatos: Maritus iniuste repellens vxorem à domo sua eam adulterandam tradit, cum sic sit remedio destituta, & alias non spēnenda: ergo si fuerit cum alio fornicata, talis fornicationis causa per se fuit maritus.

2. Verū ab opinione Sanchez puto non esse recedendum: dicendum est igitur ex eo, quod maritus causam remotam vxori dederit adulterium committendi, negando inquam debiti, non suppeditando alimēta, atque eam ē domo, & ex sua cohabitatione expellendo; nō censetur adulterio consentire, neque à diuortio faciendo impeditur, ut colligitur ex *c. significati de diuortio.* Et ibi Gloss. verbo materia. Neque enim mulierad fornicandum villa ratione adduci debebat: *cap. Itane 32. q. 4.* Neque ignoscendū est (vt inquit Vlpianus *leg. palam n. 24. ff. de ritu nuptiar.* Et *Glos. c. ex litteris, de diuortio*) ei, qui obtenta paupertatis turpissimam vitam agit. Et ita sententiam Sanchez contra Texedam tenet Palau, 1. 5. disp. 3. punct.

6. §. 1. n. 2. Hurtadus de Marii, disp. 21. difficult. 3. n. 12. Gutierrez de Marii, c. 129. n. 8. Coninch de Sacram, disp. 35. dub. 1. in fine, Basilius Poncius de marii, lib. 9. c. 17. n. 7. & alij. Quod tamen intelligendum putam, priusasset, ut necessitate compulsa adulterium committeret; quia co casu adulterium vxoris marito est voluntarium; perindeque est, ac si adulterio conniventer.

3. Sed si quereras hic, an si vxor metu graui cedenti in constantem virum fornicetur, talis fornicatio sit causa diuorii, & per illam à marito separari debet? Et negatiū responder Abbas conf. 3. 1. doc. 1. Rosella verb. adulterium n. 5. Syloti, lib. 1. Arniilla, num. 5. Tabiena 9. 1. n. 3. Graffis, 2. ap. decif. lib. 1. cap. 12. n. 7. 2. cōs. 2. & inclinat Gregor. Lopz leg. 7. verb. Pot fuerat tit. 9. part. 4. Et probabile censetur Sanch. lib. 10. diff. 5. n. 13. quia non ex malitia, & dolore, quod videatur requisitum iuxta l. penit. ff. ad leg. l. u. de adult. commissum est: & fuit August. in c. proposito 32. que s. excusans Lucretiam ab adulterij crimine, non quadam culpam, sed quadam penam, eo quod metu coacta est. Sed huius opinioni non assentior. Dico igitur, illam vxoris fornicationem cōsiderientissimam diuorii causam, posseque maritum illam sceminarum iure optimo à se repellere tangunt adulteram, quia metus ille, quantumvis graui, non excusat sceminarum illam à culpa mortali, cum censetur potius pati motet, quam fornicationem libere ergo nec à penis adulterij debitis. Et ita tene, Coninch disp. 35. dub. 2. n. 10. Sanch. vbi supra, n. 1. Henriquez lib. 1. cap. 17. n. 3.

R E S O L . C C X X .

An ex parte feminæ tactus impudicit, & poluit indecet in statu causam diuorii?
Et inferatur, an concubitus cum feminâ marito p̄beat causam ad celebrandum diuortium? Ex part. 11. tr. 5. & Misc. 5. Res. 46.

S. 1. *A*ffirmatiuum sententiam tener Dicallus de Sacram. som. 3. tr. 10. disp. 10. dub. 1. n. 11. praeſic assertens. In primis distinguendum inter virum, & vxorem spectata communī hominum estimacionem, quia licet concederemus nō posse vxoram separari à viro talibus impudicis tactibus indulgere cum alia persona, non videtur aqua conditio vice veritate, neque enim tam turpe, & indecorum est vxori, quod viripius talis communis est cum alia persona quod est turpe marito, & ignoriniosum, quod tales tactus impudicos admiserit vxor cum alio vito, nec censetur aequivalens compensatio in sola negatione similiū tactuum, maximē cum vix tales tactus negari possint, si negari non potest solutio debitis, ad quam solutionem iij. tactus exculari non possint; immo debet esse possunt eas, quo potenter necessarij ad conjugalem copulam debitā. Præterea, quantū coniuges sunt aliorū, & nobilioris dignitatis, tantū plus ceteris iniuria in similibus tactibus admisisse, ex parte vxoris cū alio, nec tamē in cōmuni existimatione tanto plus erescit ex parte viri, cū videamus Principes non Illustrissimos tantum, & Excellērissimos, sed Serenissimos viros indulgere ciusmodi levitatis, & impudicis jocis, & tactibus. Imo aliquando id ipsum audere spectante vxori, nec censetur tunc nimis ignominiosū vxori hoc videnti, & parentiū tamē econtra si faceret id vxor, initia esset grauissima comparatione viri, idque adhuc amplius ceteret, si cum viri aliquo famulo, aut mancino. Quis ergo dicat maritū in eo cauſa tantum profite in doloris, & iniuriae compensationē similes aliquos tēdus vires.

Vxori petenti negare? Ego sanè saluo meliori iudicio, non nimis asperum, aut rigidum putarem esse talem virum, qui non solum à ceteris aliis actibus cum ea abstinet, sed à coniugis impudicæ consortio se subducere. Ut interim omittam, non nimis temerarij suspicaturum viram, talem scemnam in huiusmodi casibus deprehensam, vtterius non modo fore progressuram, si occasio detur, sed iam prius fuisse progressam. Verum hæc omnia relinquunt in medio aliorum iudicio, maximè iudicium Ecclesiasticum, ad quos pertinet, si res ad forum externum deferatur de simili diuortio faciendo, aut nō faciendo pronunciare.

Sup. hoc in
Ref. not. præ-
terita, §. vlt.

2. Quod si pollutiones tam in vitro, quam in fœmina coniugatis cum complice probentur, aut nota sunt fuisse, non video ita facilè quomodo possint iij. Auctores asserere non licere ob eam causam diuortium facere. Quia quis autem Christus solum assignaverit fornicationem pro causa dimittendi, non idē affirmandum est solum eam causam sufficere, cum omnes, aut plerique concedamus (vt videbimus) etiam propter sodomitam, aut bestialitatem posse fieri diuortium, & talia nomine fornicationis comprehendi centent, ergo etiam pollutio cum alia persona poterit comprehendendi. Hucusque Dicatillus.

3. Sed aduersus illum stant communiter Doctores, Bullebaum in medulla Theol. moral. I. 6. tr. 6. cap. 2. dub. 3. Sanchez lib. 10. disp. 4. Pontius lib. 9. cap. 16. Coninx dis. 34. dub. 1. Perez dis. 5. sect. 1. quibus addit Doctores quos citat, & sequitur Leander de Sacram. to 2. tr. 9. disp. 6. q. 8. 9. & 10. cum Ioanne de Soria in epilogi summarum part. 2. tr. 1. sect. 1. disp. 10. §. circa diuortio, Martino de San Joseph in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 57. de matrim. n. 4. & aliis qui negant contra Dicatillum ius diuortij confistere in iniuria facta coniugi, sed solum in divisione carnis, que non accidit in supradictis casibus.

4. Ex his infertur decisio casus curiosi; An concubitus consummatus cum scemna mortua præbeat causam ad celebrandum diuortium? Affirmabunt, qui affirmant peccatum mulieritatem tam viri, quam vxoris esse causam iustum diuortij, ut Dicatillus ubi *suprà*, & alij. At ego respondeo non præbere causam ad diuortium celebrandum. Quia præfatus concubitus non est propriæ fornicatio, sed concubitus cum statu mulieris: unde huiusmodi accedens, nec vniuersi alteri, nec dividit carnem suam cum tercia persona. Ita Leander *supra* quæst. 5. 22. qui citat Sanchez, Bonacinam, & Filluciun.

RESOL. CCXXXI.

An quando mulier prudenter putauit maritum mortuum esse, si fornicata sit, & vir superueniat, posset ex hoc ipso pesere diuortio?

Et quid, quando existimat eum, cum quo rem habuit, esse proprium maritum, aut si per vim absolutam cogitur, & opprimitur ab alio?

Et an quemadmodum maritus carnaliter cognoscendo eius vxorem post adulterium ab ea commisum, censemur remississe adulterium quoad effectum petendi separationem matrimonij, ita & è contra vxor patiendo se carnaliter cognoscere à marito adultero, &c;

Et in texu huius Resolutionis cursim apponuntur sepiè easius, in quibus notatur licere diuortium ob alias causas prater adulterium, sed haec separatio non debet in perpetuum fieri: Et part. 11. tr. 5. & Misc. 5. Ref. 47.

Sup. primo, §. 1. **A**ffirmatiue responder Dicatillus de Sacram. secundo, & tertio conténtis in hoc §. Quando vxor tantum materiale adulterii commisit, non existimat eum, cum quo rem habuit esse proprium maritum, aut credens esse mortuum, non est sufficiens causa faciendo diuortium. Item quando per

vim absolutam cogitur & opprimitur ab alio. Ratio secundo, sed est, quia in his casibus nulla formalis culpa, vel iniuria contra fidem matrimonij committitur. Vnde pat non est, quod aliquid detrimenti patiar abfque villa sui culpa. Hanc doctrinā pro illo casu, quo vxor accessit ad alium, cum quo matrimonium cōtraxit in invalidum quidem, sed bona fide, verissimam puto non minus, quam pro calu, quo per vim absolutam præcisè cogitur, & pro casu, quo prudenter putant illum, quem admittebat, esse proprium virum. Tamen pro casu, quo illa, licet formaliter adulterium non committerit, tamen formaliter fornicata est, nempe quando prudenter putans maritum longè absentem obiisse, cum alio fornicata est, sciens illam esse fornicationem, putans tamen non esse adulterium: non videtur tunc ita certum non posse maritum ab illa diuerte, si postea superueniens id sciat, maximè, si illa etiam prolem suscepisset, vel prægnans esset ab amatio. Durissimum namque videtur hominem (maxime honestum, ac nobilem) si non adulterarum formaliter, saltem formaliter & propriè fornicariam, aut etiam illegitimè prægnantem admittere. Vnde saluo meliori iudicio, mihi non videtur improbatum, saltem si res sit nota, vel publica, non teneri cum tali vxore cohabitare: neque enim videtur cum tanto suo dedecore obligari ad eam cohabitationem, maximè in iis Regionibus, in quibus turpe est talen vxorem admittere, aut habere. Nam cum lex cohabitationis, aut tori non ita strictè obligat, quin vel propter magnum damnum euadendum, vel propter aliquam aliam virginem causam, censemur quis ab ea obligatione quandoque liber: non video cur talis hæc causa non sit, scilicet, ut evitetur illam ignominiam, quam in sua patria, & ubi non est, subiret, maximè si non facilè in aliam simul cum vxore migrare posset, sed solus ipse. Neque ad illam secum adducendam magnis stipibus, vel laboribus videtur in tali casu obligandus; satis enim est, quod quantum fieri potest, non omnino vxoris curam relinquit: sed de necessariis ad vitam transigendam prouideat absens, quin cogatur secum praesentem habere mulierem non castam, & iusti doloris perpetuam causam. Verum hæc aliorum iudicio relinquo, solumque meam sententiam sincè volui explicare, quam liberius affirmarem. Ita Dicatillus.

2. Sed puto non esse recedendum à negatione sententia, quam præter alios tuerit Ioannes Præpositus in 3. part. D. Thom. quest. 5. de indissolubilitate Matrim. dub. 1. 2. n. 92. vbi sic afterit: Dicta intelliguntur quando pars peccavit; si enim sit immunis à culpa, non potest dimiti, ut si fuerit vi oppressa, si cognita ab aliquo fingente se esse eius maritum, cuius dolum non potuerit comprehendere, si exhibita diligentia bona fide existimat maritum obiisse, ideoque alteri matrimonio iuncta est, & ab eo cognita: immò idem dicendum viderit etiam si cum alio fornicetur, quia talis actus non continet formaliter violationem fidei coniugalis. Ita ille; cui addit Layman lib. 5. tr. 10. cap. 7. n. 13;

3. Sed hic obiter quæro, an quemadmodum maritus carnaliter cognoscendo eius vxorem post adulterium ab ea commisum, censemur remississe adulterium quoad effectum petendi separationem matrimonij, ita è contra vxor patiendo se carnaliter cognoscere à marito adultero. Et videtur affirmatiue respondendum, nam quoad diuortium pares sunt vir, & vxor, & probatur ex natura correlatiuorum, quorum est, ut dispositum in uno censemur in alio dispositu, iuxta terminos tex. in 1. fin. C. de in dict. viduit. & latè per Franch. in decit. 180. vbi refert fuisse decisum in dispositu uno, & correlatiuis, césari pariter in reliquis dispositu. Nec obstat dicere, quod Matt. 19. Christus Dominus solius viri mentionem faciat, non tamen illi soli competit ius discedendi ab vxore, sed in hac